

nata ipsi accidenti, erit accidentalis, ergo non producet substantiam.

Quod si velis pertinaciter sustinere, quod illa virtus producat substantiam, necessario debes admittere causam ignobiliorum in sua virtute producere effectum se nobiliorem, dico in propria virtute, quia etiam ex Thomis filio illa virtus est innata, debitamente ipsi accidenti, estque virtus accidentalis, ergo virtus accidentalis, ut accidentalis reduplicatur per se producet substantiam, & per consequens effectum se nobiliorem.

Secondo.

Secundo Probatur resolutio: Omnis causa continere debet virtualiter suum effectum: sed nullum accidens continet in sua virtute substantiam, ergo nullum accidens potest producere substantiam.

Quod si Respondeas hoc esse verum de causa agente in propria virtute, falso verò de causa agente in virtute alterius, quomodo agit accidentis producendo substantiam? Ad hoc recurrit instantia, ut supra.

Tertio.

Quod si Respondeas hoc esse verum de causa agente in propria virtute, falso verò de causa agente in virtute alterius, quomodo agit accidentis producendo substantiam? Ad hoc recurrit instantia, ut supra.

Quarto.

Quarto. Sicut se habet accidentis ad productionem accidentis, ita substantia ad formam substantiaz: sed accidentis de facto immediatè, & tanquam causa principalis producit formam accidentalem, ergo forma substantialis immediatè producit formam substantialiem: minor conceditur ab omnibus: Maior vero probatur:

Quando unum non est deterioris conditionis altero, potest in suo genere facere, quod facit illud alterum: sed substantia non est deterioris rationis ipso accidente, estque perfectio in accidente, quod producat de se sibi simile, ergo non est deneganda illa perfectio forma substantiaz respectu productionis alterius formaz substantiaz: Confirmatur: quia non videtur maior repugnancia, quod forma substantialis sit producitur substantia, quam forma accidentalis.

Num. 19.

Rationes contra refuta-
tio: affi-
vantur, &
soluntur.
Obj. primò.

Obijctes tamen primò pro Thomis filio ex lib. de sensu & sensibili cap. de sapore habetur, quod ignis non agat vt ignis, sed vt calidus, ergo ignis producens ignem, producit illum per calorem, & in lib. primo de generat. dicitur, quod actio sit solùm inter contraria, at substantiaz non sunt sibi contraria, ergo una substantia non producit substantiam.

Roff.

Respondeo Aristotelem in priori testimonio loqui de actione ignis non ignientis, sed calefacientis, calefacit autem per calorem, in secundo vero testimonio loquitur de actionibus alterius, quas actiones oportet esse inter contraria: sed hoc non potest alio generativa, per quam producitur substantia.

Obj. secundo.

Obijctes secundo: sicut faber lignarius non attingit immediatè confectionem cathedra, sed mediante dolabrum, ita forma substantialis non immediatè, sed mediante accidente producest substantiam.

Roff.

Respondeo negando paritatem: faber enim lignarius non habet ex sua natura, ut officiat cathedralis, sed ab arte, quo sit ut instrumentis ar-

tificialibus in illo opere fabricando indiget, agentia vero naturalia habent ex se, quod possunt producere sibi simile, id est que illud producunt absque alio medio instrumento, nisi ut disponente materiam, actio eam illa, quae dicitur generatio, est a forma substantiali.

Obijctor tertio: si accidens non producat substantiam vlo modo, producatur tamen signis a ferro calido, non tamen ignito, per te ipse calor non producit ignem, nec ipse ignis: quia ex suppositione ibi nullus reperitur, ergo quis producet ignem?

Respondendum produci à Deo; nec est hoc absurdum dicere; quia causa superior, seu universalis debet supplere defectus causarum particularium, quare cum ignis est praesens, producit ignem in materia disposita, at vero cum est absens, estque ultimata disposita materia ad recipiendam formam substantialiem ipsius ignis, tunc ex pacto natura tenetur Deus producere formam ignis; sicut debet, & ultimata dispositio embrione ad recipiendam animam rationalem ex pacto natura tenetur Deus producere, & infundere animam rationalem.

Quod si instes: ergo signum est, quod Deus concurrat immediatè cum causis secundis, quia earum defectus supplet, at diximus contrarium supra.

Respondeo hoc negando; nam licet creatura non producat animam rationalem, nec Deus cum causa secunda ad eius productionem concurrat, attamen se solo illam producit; Vnde licet dicamus Deum se solo producere formas substantialias in absentia agentium substantialium, nullum tamen inde potest sumi argumentum, quod immediatè concurrat cum causis secundis.

Inflatibz secundo: Ergo Deus dicetur generans, siveque bos non generabit bouem, quia quando fit generatio, bos generans est absens, ergo solus Deus dicetur generans; nam per te accidentis bouis, videlicet eius semen non producit: bos item generans est absens, & forte mortuus, quando fit generatio, ergo solus Deus.

Respondeo non esse inconveniens dicere Deum sic generare illum bouem, quodque dicuntur generans non quidem verè, & propriè, sed suppletivè; generatio tamen attribuetur ipsi boui ex eo quod semen sit decisum ab ipso boue, attributetur vero igni ipsa productio ignis, quia accidentia ignis ultimata disponuerunt materiam, ex cuius potentia edicuntur formaz signis,

Hoc ergo pacto dicentur animalia producita ex putri materia suppletivè generari ab ipso Deo, vbi ultimata accidentia dispositura materiam, quod si queras, cuinam ergo attribuenda sit propriè illa generatio? non alicui ranae particulari, quia nulla particularis emisit semen ad generationem.

Respondeo ergo rectè attribui ranæ alicui, non tamen determinate, sed ranæ vagæ; per ranam autem vagam hic nihil aliud intellige, quam naturam specificam in aliquo individuo indeterminato, & vago importatam, & hoc pacto debeat intelligi nonnullorum sententia dicentium dari ranam vagam in rerum natura aliarum ranarum productricem, non enim per hoc intellegenda

obj. tertii.

Instantia.

secunda.

Instantia.

dum sit de animalibus

ex patre ma-

teria produc-

ta.